UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

III. De ingenuitate Epiphanii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

Visual Library

ANNO CHRISTI 433.

CAP. III.

Exiens autem & Sixtus epiſcopus, venit ad Valentinianum Auguſtum, & cœpit rogare eum de ingenuitate Epiphanii, tantum vt chirographo Auguſti munitus, per eccleſiam vindicaretur. Et cœpit ſtudioſe, ſicuti decet ſemper, ſubleuare grauatos. Iratus autem Marinianus, de his quæ ſupradicta ſunt, venit ad Baſſum, dicens, quaſi de malitia Sixti epiſcopi, & quod per Petrum audierat ſeruum epiſcopi Sixti, eo quod conſecratam Chryſogōtem ſtupraſſet.

CAP. IV.

Conſilio inito cœperunt ambo accuſare eum apud Auguſtum Valentinianum, ita vt accenderetur Auguſtus vel mater eius furore, & ſuſpenderunt ſe abinuicem a communione. Sixtus autem epiſcopus vrbis Romæ, ſciens omnia quæ de eo ad Auguſtum intimabantur, & quia a communione multus populus Romanus ſe irrigerat, venit in baſilicam beati Petri apoſtoli, & fecit quaſi ſupraſcriptum verbum, & per Leonem diaconum populo enarrabat, dicens: Si delicta mea contra me ſunt ſemper, probatio quare non ? & cœ-

pit

CAP. III.

Exiens autem Sixtus epiſcopus, venit ad Valentinianum epiſcopum, & cœpit rogare eum de ingenuitate Epiphanii, tantum vt chirographo Auguſti munitus per eccleſiam vindicaretur. Et cœpit ſtudioſe, ſicut decet eccleſiam ſemper, ſubleuare gratis. Iratus autem Marinianus, de quo ſupradicta ſunt, venit ad Baſſum, dicens quaſi de malitia Sixti epiſcopi, & quod per Petrum audierat ſeruum epiſcopi Sixti, quod conſecratam Chryſogonitem ſtupraſſet.

CAP. IV.

Conſilio inito, cœperunt ambo accuſare eum Valentiniano Auguſto, ita vt accenderetur Auguſtus vel mater eius furore, & ſuſpenderunt ſe abinuicem a communione. Sixtus autem epiſcopus vrbis Romæ, ſciens omnia quæ de eo ad Auguſtum intimabantur, & quia a communione multus populus Romanus erigerat, venit in baſilicam B. Petri apoſtoli, & fecit quaſi ſupra ſcriptum verbū, & per Leonem diaconum populo enarrabat, dicens: Sic delicta mea contra me ſunt ſemper, probatio quare non fit? Et cœpit omnis vrbana

plebs